



**Petri Venerabilis Abbatis Cluniacensis; Illvstrivm
Miracvlorvm Libri II**

Petrus <Cluny, Abt>

Coloniæ, 1611

XVI. De fratre qui dæmones vidit quasi religiose incedentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64969](#)

ranorum profectibus inuidentes, sed y-
ronum superaddita conuersione, quasi
recenti suscepto vulnere, acris indigna-
bantur. Et velut longi temporis despera-
tione, prioris prædæ spolia postponentes,
contra ea quæ ab oculis rapiebantur, lon-
gè vehementius accendebantur. Hinc
aduersus nouitios bella valida commo-
uebant, hinc testamentorum diuersis te-
lis armati, totis eis conatibus insiste-
bant.

*De fratre qui dæmones vidit quasi reli-
giose incidentes.*

C A P V T . XVI.

ET ut de illis aliquid dicam, quæ
nostro tempore contigerunt: vidi
ego quam plurimos varias mihi
erga se dæmonum insidias exponen-
tes. Nec ea quæ spirituali bello ex vicio-
rum suggestionibus gerebantur, sed quæ
quasi in aperto certamine campo, non
paruo utrorumque sudore fiebant. Exu-
berans quippe abundantia malitiæ hostis,
cum nihil intus tentando proficere vale-
ret, in iram vehementius exardesceret.
Et inuisibiliter se viatum dolens, si saltem
visibiliter cum militibus Christi con-
gregiens, in aliquo posset esse superior,
attene-

attentabat. Vnde fuit illud, quod frater
quidam mihi retulit: vidisse se innume-
rabilem dæmonum turbam, per domum
illam quæ cella nouitorum dicitur, tran-
seuntem. Iacebat autem nocte quadam
ante matutinas in lecto, & nescio quid
de psalmis secum meditabatur. Cum ee-
ce dormientibus cunctis, conspicit ne-
fandum illud collegium in monacho-
rum speciem commutatum, ab ostio
quod capiti suo imminebat procedere.
Qui capitijs induti, religionis schema si-
mulantes, seriatim & quasi cum multa
grauitate incedebant. At ille quid esset
intelligens, atque ut in talibus fieri so-
let, non parum perterritus (nam semper
malignorum spirituum visionem terror
comitatur) quantum potuit sub eo quo-
tegebatur operculo caput abscondit: sed
ad exitum rei peruidendum, parum quid
spatij oculis dereliquit. Quos diligenter
quid essent facturi obseruas, confpexit o-
mnem illum Sathanæ exercitum, per do-
mum illam fratrum quiescentium tran-
seuntem, nihil suum in ea operari potuif-
se, sicque per domum latinarum.
proximam sibiique satis com-
petentem, exitum
habuisse.

D. 6.

Da

sed y.
quasi
digna-
spera-
entes,
r, Jon-
Hinc
emo-
sis te-
ebant.

reli-

qua:
: vidi
mihi
onen-
vitio-
qua:
non
Exu-
ostis,
vale-
bat.
tem
on-
rior,
ten-